

qvirerentur, ne paupertate exclusæ viduæ carerent vino, solebat iis a ditioribus exhiberi vinum in paschate, ut cum judæis aliis paschalem cœnam læte legitimeque celebrarent.

## §. 2.

Omnès enim sive essent divites sive pauperes illa quatuor pocula bibebant. *Vid. Majm. de fermento Et azymo c. 7. §. 9.* Si autem essent feminæ pauperes vel minus honoratæ non opus erat ut accumbendo biberent ista pocula. Ita informamur in *Mardochaj Japhe Tom. I. Lewisch Hachor Hilchoth Pesach. §. 472. edit. Pragensis in fol. fol. 169. col. 1.*

## §. 3.

Continebat autem hujusmodi poculum quartam partem Logi sive Rebhiit, i. e. sesqui o-  
vum. *Videatur Eduardus Bernardus, de men-  
suris Et ponderibus antiquorum lib. I. §. 13.  
p. 13. edit. Oxon. in 8.*

B

TH. V.